



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XXXVII. Ecclesiasticæ Temperantiæ Exempla proferuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

non tamē necessitatis inopia, sed proposito voluntatis. Sed & hospitalitatem semper exhibuit. Et in ipsa mensa magis lectionem vel disputationem, quam epulationem potationemq; diligebat, & contra pestilentiam humanae consuetudinis in ea ita scriptum habebat.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Et ideo omnem conuiuam à superfluis & noxijs fabulis, & distractionibus sese abstinere debere admonebat. Nam & quosdam suos familiarissimos Coepiscopos illius scripturae oblitos, & contra eam loquentes tam asperè aliquando reprehēdit commotus, ut diceret aut delendos illos de mensa versus, aut se de media refectione ad suum cubiculum surrecturum. Quod ego & alii, qui illi mensa intersuimus, experti sumus. Cap. 23. Pauperum vero semper memor erat, eisq; inde erogabat, unde & sibi suisq; omnibus secum habitantibus erogabatur.

Hospitalis
B. Aug. mensa, & vel lectione vel disputatione condita.

Obrectationis intolerans mensa D.

Aug.

Quib. ipse S. Aug. vescebatur cibus, iisdem pascebat egenos.

CAPVT XXXVII.

ECCLESIASTICAE TEMPERANTIAE EX-
empla proferuntur.

§. NON quorumcunq; hominum victui ac portioni moderatium exempla producenda sunt, quando enim finis esset? sed aliquorum tantum sacrorum, ac Deo dedicatorum. Ezech. 45. v. 21. Vinum non biber omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Ier. 35. v. 6. & 19. Rechabita schyphos & calices vino plenos, cum ipsis propinarentur, respuerunt Non bibemus vinum, inquit, quia Ionadab filius Rechab. pater noster praecepit nobis dicens: Non bibetis vinum vos, & filii vestri vsque in sempiternum. Quam obrem & à Domino merentur audire: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. Sobrius dignus diuino conspectu.

Rechabita.

Christus sū

§. Liberato noster sacerdos secundum ordinem Melchis. mus noster temperantissimus, idcirco conuiuia subinde adiit, ut Pontif. tem verbo peratissim?

ss

verbo & exemplo alios temperantiam doceret, ut
 ut seipsum pasceret. Qui ut modestiam victus præse-
 beret, & ipse continuis quadraginta diebus nihil
 stavit, *Matth. 4. v. 2.* esurientes & sitientes beatos dicit
Lucæ 6. Matth. 5. à Samaritana muliere aquæ potum
 tiit, & discipulis, ut manducaret, hortantibus, *Matth.*
bus est, respondit, *ut faciam voluntatem eius, qui misit me.*
an. 4. v. 7. & 34. Corpus & sanguinem suum sub spe-
 panis & vini dereliquit, qui cibus & potus spiritus
 non corporis & modica quantitate sumendus, ac-
 ram in nobis temperantiam generans. A sua refu-
 ctione, ut resuscitati corporis veritatem demon-
 straret, cum discipulis cœdit, non carnem tamē, nec quicquam
 quam aliud præter panem, piscem, fauum. *Luc. 24.* E-
 dem sub Christi Domini disciplina victus tenuitate
 sectati sunt Apostoli, qui segetum spicas manibus
 fricantes, tam simplici cibo pellebāt inedia. *Matth.*
v. 1. Marci 2. v. 23. Lucæ 6. v. 1. Cum numero duodecim
 sent, nihil aliud quam quinque panes hordeaceos
 duosq; pisces habuere in deserto. *Io. 6. v. 9. Matth. 14.*
 quibus Dominus quinque millium turbam pau-
 rum nihil omnino præterquam septem panes, & pi-
 culos pisciculos, quando quatuor millia virorum
 tiata sunt. *Matth. 15. v. 32. Marci 8. v. 6.* Rursum trans-
 rantes obliti sunt panes secum ferre. *Matth. 16. v. 7.* ubi
 non erat ipsorum animus in patinis, sed in doctrina
 exemplo Christi, ut cibariorum curam non habere
 Quin & sæpe ita obruebantur, ut ne reficiendi coc-
 ris facultas daretur. Hinc *Marci 6. ver. 31.* ait Apostolus
 Jesus, *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pau-*
lum: Erant enim qui veniebant, & redibant multi, & nec po-
cium manducandi habebant. Quanto ergo parcius victus
 eos putabimus, cum ablato sponso, nuptiarum gaudi-
 um versum est in persecutionis luctum, & minus pa-
 cere ceperunt terrena desiderantibus cœlestia? *Ps.*
Ps.

Temperan-
 tissimi A-
 postoli.

fecto de se & aliis Apostolis affirmat sanctus Paulus 1. Corint. 4. vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudifumus. Qui idem Apostolus Rom. 14. v. 21. Bonum est, inquit, non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, &c. Et 1. Cor. 8. Si esca scandalizat, non manducabo carnem in aeternum. 2. Corint 6. Exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, in ieiuniis multis. S. Hieron. de scriptoribus Ecclesiasticis. Hegeippus, inquit, vicinus Apostolicorum temporum, in quinto Commentariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suscepit Ecclesiam Ierosolyma post Apostolos, frater Domini Iacobus, cognomento iustus, multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam atrossus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo. Huic sollicitum erat ingredi sancta Sanctorum, siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis, solusque ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur, in tantum vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Hac temperantia excelluit B. Timotheus, B. Pauli discipulus. Auct. ait D. Ioann. Chrysost. homil. 58. in Matth. quid ad Timoth. dicit Paulus 1. epist. 5. Modico vino vtere propter stomachum tuum, & crebras infirmitates tuas. Quod si sanctus vir ille morbo depressus, & alter nis egritudinibus laborans, quousque magister permisit, vino non vtebatur, quam veniam nos consequemur vino ad ebrietatem sani abutentes? Quantum temperantiae studium in B. Augustino fuerit, locuples ipse testis est l. 10. Confes. cap. 31. Pauca eius verba delibabo. Reficimus quotidianas, ait, ruinas corporis edendo & bibendo, & suauis est mihi ista necessitas, & a luer sus istam suauitatem pugnone capiat, & quotidianum bellum gero in ieiunijs, sapius in seruitutem redigens corpus meum. Hoc me docuisti, vt quem admodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam, sed in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concupiscentiae: ipse enim transitus voluptas est. Et cum salus sit causa edendi & bibendi adiungit se, tanquam pedi sequa periculosa iucunditas, & plerum-

S. Iacobi A-
postoli fru-
galitas.

B. Timoth.
Episcop. con-
tinentissi-
mus.

Admodum
temperans
S. August.



que preire conatur, vt eius causa fiat, quod salutis causa nocere, vel dico, vel volo, nec idem modus vtriusque est. Nam salutis satis est, delectationi parum est. Et sepe incertum peritrum adhuc necessaria corporis cura subsidium perat, ex voluptuaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat. Aliquod incertum hilarescit infelix anima, & in eo preparatorem rationis patrociniū, gaudens non apparere, quid satum rationi valetudinis, vt obtentu salutis obumbret neque voluptatis. His tentationibus conor quotidie resisterem, inuoco dexteram tuam ad salutem meam. Confortari possim. Da quod iubes, & iube quod vis. Ita Sanctus Augustinus frenos gutturis temperata relaxatione & strictione, tenere conabatur, ne aliquantulum necessitatis metas raperetur. Sanctus Fulgentius

Abstinentia

S. Fulgent.

& Amandi.

is Episcopus, vt est in eius vita tomo primo Surii, ne mortem afflicta carnis, vel vini vsam admisit veritus, ne cōtati blandiens semel intermissum vitæ rigorem, sanus potest petere noller superatus gule voluptate. Sanctus Amandus ad B. Martini sepulchrum 15. annos mansit, & hoc toto tempore re cibis illi panis hordeaceus, aqua potus fuit. Qui postea iectensis Episcopus creatus abstinentiam non minuit, sed

Tenuissimo

victu vsq̄ E-

remite.

S. Paul so-

litaris a-

qua & fru-

sto panis

contentus.

Surii tomo 1. in eius vita. Hic Eremitarum abstinentia percellere exempla nimis longum esset, aliqua tamen attingere opera pretium, vt intelligamus quid hunc cum Dei gratia possit, si seridè & efficaciter velit. Et in vita S. Pauli Eremitæ. Paulus, inquit, ad montem desertum confugiens, dum persecutionis finem presolaretur, ad eum quasi quod à Deo sibi offerretur habu aculo, omnem vitam orationibus & solitudine duxit atatem, cibum & vestimentum ei palma prebebat, quod ne cui impossibile videatur, Paulus flor & sanctos angelos eius, in ea eremi parte, qua iuxta Saracenis iungitur. Vidisse me monachos, de quibus vixit triginta annos clausus hordeaceo pane & lutulenta aqua, alter in cisterna veteri, quam gentili sermone Syri cultabant, quinque caritis [id est ardis ficibus] per singulos dies

sustentabatur. Et rursus B. Hieron. Inter has sermocinationes Paulus & Antonius suspiciunt alitem coruum in ramo arboris confedisse, qui inde leniter subuolans integrum panem ante mirantium ora deposuit, post cuius abscissum, Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, verè pius, verè misericors, sexaginta iam anni sunt, quod accipio dimidii semper panis fragmentum: verum ad aduentum tuum militibus suis CHRISTVS duplicauit annonam. Igitur Domino gratiarum actione celebrata super vitrei marginem fontis vterque confedit, & fracto pane paululum aque in fonte prono ore libauerunt: & immolantes Deo sacrificium laudis, noctem transgere vigiliis. Idem sanctus Hieron. in vita S. Hilarion. eius explanans ab-
 S. Hilarion.
 finentiam. A decimo quinto etatis anno, inquit, herbarum mira absti-
 succo, & paucis caricis post triduum vel quatrimum deficien-
 tem animam sustentabat, orans frequenter & psallens, & rastro
 humum fodiens: vt ieiuniorum laborem labor operis duplicaret.
 A vicesimo primo anno vsq; ad vicesimum septimum tribus an-
 nis dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida com-
 edit, & aliis tribus panem aridum cum sale & aqua. Porro à vi-
 gesimo septimo vsq; ad tricesimum herbis agrestibus, & virgul-
 torum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo
 autem primo, vsq; ad tricesimum quintum sex vncias hordeacei
 panis, & coctum modicè holus absq; oleo in cibum habuit: Senti-
 ens autem caligare oculos suos, & totum corpus impetigine, &
 prumicea quadam scabredine corrahi ad superiorem victum ad-
 iecit oleum: & vsq; ad sexagesimum vita sua annum hoc conti-
 nentia cucurrit gradu, nihil extrinsecus aut pomorum, aut le-
 guminis, aut cuiuslibet rei gustans. Inde cum se videret corpore
 defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à 84.
 anno vsq; ad 80. pane abstruit, incredibili seruore mentis, vt eo
 tempore quasi nouus accederet ad seruitutē Domini, quo ceteri so-
 lent remissius viuere. Fiebant autē ei de farina, & cominuto olere
 sorbitiuncula cibo & potu vix quinque vncias appendentibus: sicq;
 complens ordinem vite, nunquam ante solis occasum, nec in die-
 bus festis, nec in grauisima valetudine soluit ieiunium.

S. Hier. ab-
stinencia:

Ista de Paulo & Hilarione S. Hieron. qui de se epist. ad Eustochium cap. 3. ita loquitur: Sedebam solus, quia am- tudine repletus eram, horrebant sacco membra deformia, squalida cutis situm aethiopica carnis obduxerat, quotidia- chryma, quotidie gemitus; & si quando repugnantem som- nium imminens oppressisset, nuda humo vix ossa herentia collidat. De cibis vero & potu taceo; cum etiam languentes monachis qua frigida vtantur, & coctum aliquid accepisse, luxuriam.

S. Elias:

Palladius SS. Patrum historia cap. 51. Vidimus, inquit, quoque senem in solitudine Antinoi, quae est metropolis The- dis Eliam nomine, qui natus erat centum & decem annos. Ita signa quotidie peragebat, nec cessabat mederi agrotantibus. Comedeat in senectute tres uncias panis, & tres oleas res. In iuuentute autem semel comedeat in hebdomada. Et cap.

S. Euagrius

Euagrius Diaconus angeli monitu in solitudinem profectus, de patricinandi dono praeclusus dixit: Ex quo veni in solitudinem non terigi lactuca, non minutum holus, non aliquid vultum fructum, non vnam, non lauacrum, non carnem, non panem, non vinum, neque omnino aliquid ex istis, quae per ignem tractantur, praeter quadam olera cruda, & modicum aquae. Post autem octiduum decimum huius instituti annum propter corporis infirmitatem ad biennium, quo migravit ad Christum, non nisi psisanam, id est coctum hordeum, vel legumina sump- sit, & panem. Vbi nostrae deliciae? Et cap. 113. religiosissimus presbyter, Deique amantissimus, & alapas ob Christi confessionem iussu Juliani Apostatae perpressus, ab om- nibus cibis coctis abstinuit. Et quid opus plura com- morare, cum de vnoquoque sancto confessore verba- nat Ecclesia: Hic pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus fuit & quietus, vita dum praesens vegetavit eius corporis, usque. Hos si proximè consequi reculemus, saltem ab om- tum semita non exeamus, vel non reculemus verito, quo, optimoque praestare Deo, quod gentiles suis falli- diis, demonibusque exhibuerunt.

§. Quam temperantes olim Aegyptii sacerdotes, mont

monet S. August. lib. 2. de doct. Christiana cap. 18. & 40. vt si
quid rectè dictum, factumque sit à gentilibus in vsum
nostrum, tanquam ab iniustis possessoribus vindice-
mus. Et certè non paruum pudorem Christiano ini-
cit illa animaduersione, quod ipse Christi gratia non
præstet, quæ illi natura instinctu præstiterunt. Consi-
deremus itaque, qua quantaque temperantia gentiles,
sacerdotes vñ sint, vt pudeat nos vel illos non æmula-
ri. S. Hieronym. libro 2. aduersus Iouinianum cap. 9. Chæmon
Stoicus, inquit, vir eloquentissimus narrat de vita antiquorū Perpetua in
Aegypti sacerdotum, quod omnibus mundi negotiis, curisque templo com-
postpositis, semper in templo fuerint, & rerum naturas, causas-
que ac rationes siderum contemplati sint: nunquam mulieri. Contempla-
bus se miscuerint, nunquam cognatos & propinquos, ne liberos-
quidem viderint, ex eo tempore, quo cœpissent diuino cultui de-
seruire, carnibus & vino se semper abstinerint propter tenui-
tatem sensus, & vertiginem capitis, quam ex paruo cibo patie-
bantur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis,
& ex hac potione nascuntur. Pane raro vescabantur, ne onera-
rent stomachum, & si quando comedebant, tusum pariter hyso-
pum sumebant in cibo, vt estam grauiorem illius calore deco-
querent; oleum tantum in holeribus nouerant, verum & ipsum
parum, propter nauisam & asperitatem gustus lenendam.
Quid loquar, inquit, de volatilibus, cum ouum quoque pro car-
nibus vitauerint, & lac? quorum alterum carnes liquidas, al-
terum sanguinem esse dicebant, colore mutato. Cubile eis de fo-
lis palmarum, quas bairas vocant, contextum erat: Scabellum Vita auste-
accliuæ, & ex vna parte obliquum, in terra propulullo, capiti ritas.
supponebant, bidui triduique in ediam sustinentes. Humores cor-
poris, qui nascuntur ex otio, vt ex mansione vnius loci, nimia
victus castigatione siccabant. Ista S. Hier.

§. Quæso autem rogoque quisquis Clericus es, di-
ligenti expende trutinam, quæ hic commemorata sunt,
& intelligas, qualem quantamq; temperantiam Deo
tuo vero pro ipsius gloria, pro populi Christiani adifi-
fica-

ficatione, pro corporis tui sanitate, pro caelesti praemia debeas, cum gentiles sacrificuli falsis diis & demonibus, à quibus non nisi sempiterna praestolari poteris supplicia, tanta continentia cultum esse tribuendum putauerunt? Merendum, ne contra nos futuri iudices.

CAPVT XXXVIII.

PERVERSVS EDENDI AC BIBENDI appetitus cohibendus.

§. Neque tantum cibi, potusque abundantia Christiano temperanti deuitanda, sed & ipsa edacitas & bibacitas, siue inordinata & nimia edendi, bibendique cupiditas, pronitas, effusio super mensam & deliciarum conquisitio. Hinc S. August. in Psal. 43. Non datur, inquit, in illo ieiunium, qui ad luxuriosam cenam inuauit ventrem suum. Inuitantur enim aliquando homines ad cenam magnam: & cum ad eam volunt auidi venire, ieiunium. Nunquid hoc ieiunium continentiae, & non potius luxuriosae putandum est? Iterum B. Aug. dist. 41. c. 3. Deliciae quae absque desiderio percipiuntur, non efficiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiae. Dauid enim male concupitam effudit, 2. Reg. 23. v. 15. & Helias carnes comedidit, 3. Reg. 17. v. 7.

Nullus cib. §. Rursum B. Aug. l. 10. Conf. c. 31. Non ego immunditiam Christiano obsonii timeo, sed immunditiam cupiditatis. Scio Non immundus, carnis genus, quod cibo esset vsui, manducare permissum. Gen. 3. v. 3. Heliam cibo carnis refectum. 3. Reg. 17. v. 6. Ioannem incedentibus non fuisse pollutum, Matt. 3. v. 4. Et scio Esau tentatione concupiscentiae deceptum, Gen. 25. v. 34. & Dauid propter appetitum desiderium à seipso reprehensum, 2. Reg. 23. v. 17. & Regem in deserto, non quia carnes desiderauit, sed quia esse desiderium ab-